

teneantur illosmet quaternos dare et assignare dictis camerarijs cum dictis suis rationibus, ita quod clare et bene uideantur pro fauore et bono nostri communis. Et si consilium etc.

4. Capta. Cum in tempore, quo erat apertum de possendo facere gratiam de officijs et beneficijs et scribanijs insule Crete semper, scribanie castrorum insule Crete dabantur per ducale dominium per gratiam per duos annos, super quo est omnino prouidendum quia non posset fieri peius quam consentire et facere quod aliquis sit per duos annos scriba in aliquo de castris predictis; uadit pars quod si aliquo tempore appareret de aperiendo gratias Crete, quod ex nunc sit parata prouisio et remedium ad obuiandum malitijs que possent occurrere in hunc modum, uidelicet quod ille cui facta fuerit gratia de aliqua scribania castrorum predictorum per duos annos debeat intrare in illa scribania quam petierit per unum annum, quo completo non possit plus ibi stare nec remanere ullo modo pro alio anno sequenti. Set per regimen Crete detur sibi una alia scribania castrorum insule per alium annum, illa uidelicet que primo uacabit. Et si essent plures ad istam condicionem prohibeantur texere inter eos, ita quod adimpleatur intentio terre in alijs scribanijs quia ut dictum est non posset fieri peius quam consentire quod sint per duos annos continuos in aliqua scribaniarum predictarum. Et predicta addantur in commissione duche et consiliariorum Crete. Et si consilium etc.

Et similis prouisio seruetur et fiat in totum in illis qui peterent castelanas insule Crete per gratiam, ut de scribanijs per ordinem superius dictum est. Et si consilium etc.

14

1^{ον} Τρόπος παροχής όφφικίων λόγω χάριτος.

2^{ον} Τα όφφίκια γραφείως θά δίδονται δι' έν έτος, άντι ώς μέχρι τουδε, έπί διετίαν.

3^{ον} Έπίσης αί καστελλανίαι.

4^{ον} Είσαγωγικός δασμός ύφασμάτων 10%.

5^{ον} Παραχωρείται, λόγω χάριτος, διά τās πολλαπλās ύπηρεσίας του προς την Βενετίαν, εις τον Πέτρον Βενιέρη ποτέ Νικολάου κατοίκου Χανίων ύπερεξηκονταετη, και εις τους υιούς του, τó δικαίωμα να λαμβάνωσιν όφφίκια και εύεργετήματα έν Κρήτη, ώς παραχωρούνται εις τους τιμαριούχους Χάνδακος.

6^{ον} Διά τās πολλαπλās ύπηρεσίας και έκδουλεύσεως διαρκούσης της έπαναστάσεως, παραχωρείται εις τον Ματθαϊον Καλλέργην τó δικαίωμα να αγοράση έν Κρήτη μέχρι πέντε τιμαρίων (ίππαρχίας), ύποβαλλόμενος εις τās ύποχρεώσεις και συνήθεις άγγαρείας. Ταυτα δύναται να αγοράση μόνον εις την ύποδεικνυομένην περιοχήν υπό της διοικήσεως Χάνδακος μεταξύ των δύο σκαλωμάτων, ούχι δέ έν Ρεθύμνφ.

7^{ον} Τη αίτήσει των δικηγόρων της κοινότητος να συνέλθη ή Γερουσία την προσεχή Παρασκευήν, όπως δώση οδηγίας προς τον Σίμωνα Δαλμάριον μεταβαίνοντα ρέκτορα Χανίων. 1385, Ίουλίου 7.



F^o107^{to} Millesimo trecentesimo LXXXV, die septimo Julij.

1. Capta. Cum multotiens petantur per gratiam de officijs, beneficijs, territorijs et possessionibus insule Crete in perpetuum uel ad beneplacitum ducalis dominij quod est cum dampno notabili communis nostris, quia multotiens ducale
5 dominium decipitur et utile ymo necessarium sit prouidere super hoc pro bono nostri communis; uadit pars quod ordinetur quod si aliquis de cetero petet per gratiam de officijs et beneficijs insule Crete uel territorijs, domibus, locis uel possessionibus insule predictae in perpetuum uel ad beneplacitum ducalis dominij. Antequam aliquid fiat uel consulatur super talibus petitionibus debeant ipse
10 petitiones omnino mitti duobus nostris duchis Crete, qui plus de nouo recesserint a regimine Crete tam si erunt in Venecijs quam extra Venecias ut examinent et respondeant ordinate ipsis petitionibus et ultra hoc debeant tales petitiones etiam mitti illi rectori uel illis rectoribus, sub quorum regimine erit res que petetur ut ipsi etiam respondeant et examinent diligenter et bene factum predictum.
- 15 Habitis uero istis examinacionibus et responsionibus postea ducalis dominatio cum consilijs terre ordinatis terminet et faciat, sicut ei uidebitur utilius et melius, declarando quod pene ligamina et stricture que sunt ad presens de non possendo dare per gratiam aliquid de predictis remaneant in suo statu et firmitate sicut
20 jacent, set predicta habeant locum, in casu quo uideretur de aperiendo gratias uel reuocando aliquod consilium uel consilia in generali uel in speciali ad petitionem alicuius. Et addatur in capitulari consiliariorum quod sic teneantur obseruare per sacramentum pro bono communis nostri et non facere ipsi nec alij gratiam aliquam nec partem aliquam ponant contra predicta, uel aliquod predictorum sub pena librarum ducentarum pro quolibet contrafaciente uel ponente uel
25 sentiente partem in contrarium et aduocatores communis exigant dictam penam habendo partem ut de alijs sui officij. Et si consilium etc.

2. Capta. Cum per regimen Crete dentur continue scribanie insule Crete de extra spectantes regimini Crete per duos annos ex quo committuntur multe malicie et sequuntur multe inconuenientie, ita quod necessario est prouidendum;
30 uadit pars quod ordinetur pro bono insule Crete quod sicut dicte scribanie dantur per duos annos per regimen Crete, ita non possint dari amplius ullo modo, ingenio nec forma, per dictum regimen Crete nisi per unum annum. Etiam per istum modum plures participabunt de dictis scribanijs et ut melius adimpleatur intentio terre ordinetur quod illi qui fuerint in dictis scribanijs per unum annum
35 uel circa debeant uacare et stare extra omnes scribanias de extra insule Crete per unum annum sequentem postquam exiuerit. Et istud addatur in commissionibus duche et consiliarijs Crete et scribatur aduocatoribus communis Crete

ut sic obseruent et faciant obseruari per sacramentum. Et si consilium etc.

Fo 108r
3. Capta. Quod similiter obseruetur in dando castellanias omnes insule Crete uidelicet quod non possint dari ullo modo forma nec ingenio per regimen Crete nisi per unum annum. Et quis fuerit in aliqua castelania per unum annum uel circa debeat uacare et stare extra per unum annum proximum sequentem de omnibus alijs castelanijs insule predictae postquam exiuerit sicut de scribanijs ordinate superius dictum est. Et istud addatur in commissione duce et consiliarijs Crete et scribatur aduocatoribus communis Candide ut sic obseruent et faciant obseruari per sacramentum. Et si consilium etc.

4. Capta*. Quod pro bono nostri communis ordinetur quod quilibet persona cuiuscunque conditionis existat que in partibus Crete emet de pannis forensium conductis uel missis ad dictam insulam Crete quoquo modo soluere debeat decem pro centenario nostro communi. Et istud incipiat obseruari die qua fuerint deliberata dacia deinde pro non faciendo tortum alicui. Et nichilominus scribatur regimini Crete quod interim teneant modum quod ciues nostri non sentiant ista dampna, quia nullo modo possunt costizare cum forensibus. Remanente firmo datio de decem pro centenario quod soluitur per forenses ad presens de pannis predictis. Et si consilium etc.

Fo 108to
5. Capta. Cum pro parte ser Petri Uenerio quondam ser Nicolai habitatoris Candide fuerit nobis exposituris quod sicut notum est ipse ser Petrus qui est etatis anuorum LX et ultra totis temporibus uite sue duxit uitam suam honeste fideliter et legaliter ad honorem et statum ducalis dominij et communis Veneciarum. In tantum quod semper sperauit et sperat in gratia nostre dominationis. Et propterea fuerit nobis supplicatum ex parte sua quod dignetur dominatio nostra pro sua consolacione sibi concedere, sicut alijs concessum fuit, uidelicet per regimen Crete possit dictus ser Petro et filijs et heredibus suis dare de officijs et beneficijs insule Crete sicut datur et solebat dari illis qui erant de consilio pheudatorum Candide. Cui supplicationi respondent nobiles uiri ser Petrus Mozenigo et ser Donatus Truno olim duce Crete quod ipse ser Petrus Uenerio est bonus homo et fidelis ducalis dominij et habet bonam condicionem. Unde considerata fidelitate et bona dispositione sua habent quod sit dignus ista gratia; uadit pars omnibus predictis consideratis quod fiat gratia et concedatur dicto ser Petro Uenerio sicut petit et sicut consulunt nostri rectores predicti de gratia speciali. Et si consilium etc.

6. Capta. Cum nostro ducali dominio fuerit expositum pro parte ser Maphei Kalergi habitatoris Candide, fidelissimi nostri quod opera sua et fidelitas et lau-

* 'Εδημοσιεύθη ὑπὸ H. Noiret ἐν Documents pour servir à l'histoire de Crète κτλ. σ. 61. Σημ. 2.



dabile portamentum eius in guerris laboribus et seruicijs communis Veneciarum
 75 et specialiter in tempore rebellionis Crete sunt ita manifesta quod non expedit
 cum uerbis superfluis fatigare ducale dominium. Et propterea supplicatum fuerit
 ex parte sua quod consideratis predictis et maximis damnis receptis per eum ut
 omnibus notum est, dignetur dominatio nostra eidem graciose concedere quod
 possit in insula Crete emere et acquirere usque quinque kauallarias, ut melius
 80 poterit, subiacendo oneribus et factionibus solitis, non possendo ipsas emere in
 districtu Rethimi. Cui petitioni respondent ser Petrus Mozenigo et ser Donatus
 Truno olim duche Crete quod dictus ser Mapheus Kalergi est fidelis et bonus
 homo et meruit gratiam et quod putant esse bonum quod fiat sibi gratia de illa
 quantitate que uidebitur ducali dominio, emendo ipsas kauallarias in districto
 85 supposito regimini Candide et infra duas scalas et non possendo ipsas emere in
 districtu Rethimi; uadit pars consideratis predictis quod fiat gratia et concedatur
 dicto ser Mapheo Kalergi quod possit emere quinque caualarias sicut consulunt
 nobiles predicti. Et si consilium etc.

7. Capta. Quod die Ueneris proximi post nonam uocetur istud consilium ad
 90 petitionem aduocatorum communis pro dando expeditionem ser Simoni Dalmario
 ituro in proximum rectori Canee sub pena librarum trium et aduocatores exigant
 92 habendo partem ut de alijs sui officij.

15

Παρέχεται ἡ ἄδεια εἰς τοὺς ἐκ Τενέδου Ἰωάννην Παύλου καὶ Θεόδωρον Ἀμάραντον νὰ κατοικήσωσιν
 ἐλευθέρως καὶ κατὰ βούλησιν ὅθεν δῆποτε. 1385, Ἰουλίου 7.

F^o I I O^{to} Millesimo trecentesimo LXXXV, die VII Julij.

Capta. Quod scribatur regimini nostro Crete quod uisis litteris suis; super
 facto Johannis Pauli et Theodori Amarando, fidelissimorum nostrorum de The-
 nedo sumus contenti cum nostris consilijs minori, Rogatorum, XL et addicionis
 5 quod Johannes Paulo et Theodorus Amarando sint in sua libertate eundi, standi
 et redeundi quo uoluerint ad suum beneplacitum.

16

Ἐπειδὴ ἡ στρατολογία τοῦ κατέργου ἐν Εὐβοίᾳ καθίσταται ἐπαχθής, αὕτη θὰ ἐνεργῇται ἐν Κρήτῃ.
 Ἡ προκαταβολὴ μισθῶν τῶν πληρωμάτων τούτων δύο μηνῶν καὶ ἡμίσεως καταβληθήσεται ὑπὸ
 τοῦ ταμείου Κρήτης. Ἡ θητεία καθορίζεται πεντάμηνος, πλὴν ἐὰν ἡ διοίκησις Εὐβοίας, λόγῳ
 ἀνάγκης ἤθελε παρατείνῃ ταύτην. Ὑποδεικνύεται ὁ τρόπος ἀνόδου εἰς Εὐβοίαν καὶ ἐπανόδου εἰς
 Κρήτην τῶν πληρωμάτων. Σύγκρισις δαπάνης στρατολογίας πληρωμάτων ἐν Εὐβοίᾳ καὶ ἐν
 Κρήτῃ. 1385, Ἰουλίου 7.

F^o I I I^{te} Millesimo trecentesimo LXXXV, die VII Julij.

Cum armamentum galee Nigropontis tenendo modum solitum scilicet acci-